

Tradición clásica y cristiana
en la *Translatio S. Monicae*, de Mafeo Veggio

Un curioso capítulo de la lectura de los textos cristianos y patrísticos está representado por la admiración suscitada por la figura de San Agustín en el Renacimiento. Mapheus Veggius, famoso por su poema completando el poema virgiliano, el *Supplementum Aeneidos* o *Liber XIII* de la *Eneida*, escrito en 1427, e impreso en las antiguas ediciones incunables de las *Opera Omnia* de Virgilio, años más tarde, en 1455, después de haber ingresado en la orden Agustiniense, dedica uno de sus escritos al hallazgo y traslado de los restos de Santa Mónica, madre de San Agustín, desde el puerto de Ostia a la basílica de San Pablo extra muros, y finalmente a la iglesia de San Agustín, donde se conserva aún hoy.

El texto de la *Translatio S. Monicae* fue publicado de forma póstuma en el año de 1459. La extensión del mismo es relativamente breve, aunque no figura entre los textos patrísticos conservados en las bibliotecas hispánicas y estudiados por G. Loewe, W. von Hartel, Z. García Villada y, más recientemente, por L. Rubio. El texto de la edición incunable se encuentra en la biblioteca del Convento de San Agustín en Roma y fue editado en 1866 por el abate Bougaud.

Un análisis del presente texto permite observar la presencia de una doble tradición clásica y cristiana. Veggio, como canónigo de la basílica de San Pedro, abbreviatore y datario papal, imita la fraseología ciceroniana, típica de los documentos pontificios de la época, e incluso su forma de la prosa, al mismo tiempo que pueden observarse reminiscencias de la epigrafía cristiana y de la lectura de los textos bíblicos y cristianos. A esta doble tradición se une la influen-

cia de la literatura hagiográfica. Concretamente su *imago Sancti Augustini* recoge claras reminiscencias de la tradición medieval representada por San Remigio en su evocación de San Agustín, citado por Jacobus de Voragine en su magna compilación de la *Legenda Aurea*.

TRANSLATIONIS ORDO: MATTEUS VEGGIUS
D. PAPAE EUGENII DATARIUS, SCRIPSIT.

Apud Ostia Tyberina sanctissima Augustini mater Monica ex hac vita migravit, quod divino ita longe prospiciente consilio factum esse credendum est. Nam, cum pervertendi aliquando essent sancti patriae ejus ritus, et instituta immutandaque rerum facies, incolarum studia, haud indignum visum est tam sanctae, tamque de omnibus benemeritae foeminae ossa incuria posteritatis, locorumque malitia deperire. Quare tali melius loco eam defungi non ab re Deus voluit, ubi haberent Christi cultores cuius sacrum corpus venerarentur, venerantesque maiorem ad devotionem, divinumque ad amorem inflammarentur, atque ut magnitudini meritorum eius, par etiam honor, et gloria redderetur cum summum Ecclesiae sanctae culmen, haereticorumque domitorem acerrimum Augustinum precibus illa suis, et lacrymis protulisset. Convenire etiam credidit ut ubi Romae, cum esset utique totius mundi summum culmen omniumque nationum domitrix acerrima, futuris postea quando melius id expedire videretur temporibus, corpus eius aliquando inferretur. Quod ut facilius commodiusque postmodum suo tempore fieret magno simul ante consilio providit, ut non longe illinc illa decederet, ubi translata demum sempiterno aevo sacra eius ossa quiescerent.

Id vero quomodo post tot saecula contigerit —nam praecipue Dei nutu cuncta acta sunt— dicendum est. Anno siquidem Domini Nostri Jesu Christi 1430, Martini vero V, pontificatus anno tertio-decimo, tot transactis saeculis, cum tempus iam advenisse Deus intelligeret, ut populorum devotio, quae satis tunc tepebat, nova magnarum sanctarumque rerum demonstratione excitaretur, misit in mentem cuiusdam Iohannae religiosissimae foeminae, quae, nulli unquam nupta, caste et sancte per omnem aetatem suam ad longos iam annos perducta ex proposito semper ita vixerat, ut persuaderet fratribus Augustiniensibus, qui Romae habitabant, sollicitaque admodum et frequens rogaret eos ut corpus beatissimae Monicae, quod certo apud Ostia Tyberina sub altari

sanctae Aurae conditum esse a multis grandioribus natu, maioribusque suis saepe audierat, receptum translatumque in urbem irent. Tandem visum est eis qui regimen aliorum habebant ne desiderium pudicissimae foeminae omnino negligetur. Itaque Pontificem adeunt, rem exponunt, rogant, supplicant. Suscipiensque eos audiensque libenter Pontifex annuit plene onestissimis eorum motis, unde laeti ocyus illi eo proficiscentes, templumque sanctae Aurae introeuntes, quae magna ibi cum incolarum et navigantium devotione colitur, primum altare, quod memoriae eius dedicatum, in interiori fornice secretius late aperire usque ad extrema fundamenta magna vi diu aggressi sunt. Nihilque prorsus invenientes, frustrati omni spe, infectoque negotio omnes abierunt. Unus tamen remansit qui rem animo altius fixam habebat perseveranter coepto operi instans, cupiensque, si Deus annueret, quod tantopere attentaverat, perficere. Cum interim senior quidam incola eius loci magno impetu irruens in eum, quod corpus sanctae Aurae inde auferre auderet, minas ille pessime intentabat. Quem prudens vir, cum sedato animo dulcibusque verbis se non quidem sanctae Aurae, sed Monicae matris Augustini, nec nisi summi Pontificis iussu corpus quaerere dixisset, illico repressit *: *'Quin age, ergo' ille inquit, si tamen beatae Monicae corpus optas, fac quod libet; sed scito hic frustra tempus conterere, nisi me fallit quod a maioribus nostris indubitata fide, semper accepi, hic subtus altum fornicem exstructum esse ubi multorum sanctorum suis quinque tumulis posita corpora requiescunt, atque inter caetera cuius causa nunc tu tantum insudas. Quare rem oportet te alia aggredi via. Intuere parietes oppositum altari, hunc interiorius perfodito, atque inde exiens qua depressior extra locus patet, iterum perfosso eo introito usque ad fornicem quem dixi tibi sub altari situm esse, is a te etiam perfodiendus erit, in quo et tu quaeris, et quod tibi adfirmavi, sicut maiores nostri tradiderunt, procul dubio invenies'*. Haec cum ille aduisset, magna affectus laetitia, statim socios advocari fecit qui ad tria iam millia passuum abscedentes iter confecerant. Quorum praesentia alacrior etiam factus, quidquid a seniore illo acceperat narrat eis. Tunc laeti omnes verba eius opere exequentes, non aliter ut ipse dixerat, invenerunt. Accensis autem subito cereis, fornicem ipsum subterraneum ingredientes quinque ibi tumulos marmoreos, ordine dispositos, intuentur, quorum quilibet apposita plumbea lamina, quid contineret, indicabat. Primus quidem corpus S. Lini papae, secundus S. Austerii martyris, tertius S. Constantiae, quartus S. Aurae virgi-

* Repressit quin, Age ergo, *Bougaud*, p. 562.

nis, quinctus vero S. Monicæ matris Augustini. Porro qui continebant corpora Austerii et Constantiæ tumuli, ambo aqua limpidissima pleni erant, ubi vero corpus S. Auræ iacebat tumulus, instar auri renitentem aquam servabat. Reliqui nihil liquoris omnino habebant. Nec mora: exultantes illi meritasque Deo laudes decantantes, dimissis reliquis corporibus, eduxerunt tumulum, in quo iacebat corpus beatæ Monicæ, ac per Tyberim usque ad basilicam S. Pauli summa cum veneratione detulerunt, quieveruntque ibi noctem illam.

Cum interim fama tantæ rei totamque urbem implere coepit: proxima autem die, qua fuit Dominica Palmarum quinto ydus Aprilis, cum venissent fratres magna cum celebritate, magnoque, et solemnî cum apparatu, et honore deducturi in urbem sanctum Monicæ corpus, mirum quanta ibi confluxerit omnis sexus, omnisque ætatis hominum multitudo.

Tantus erat affectus, tantum studium, tam incensa omnibus videndi, contingendique tantum digito sacrum sarcophagum; unde et quosdam a demoniis liberatos, nonnullos a lepra mundatos, alios variis languoribus sanatos fuisse omnibus manifestissime constitit. Quo magis etiam auctus est conctorum amor, et devotio, factusque maior est undique concursus et exultantium clamor. Ita Romam perlatum est, collocatumque in templo antiquo S. Trifonis, quod est contiguum novo templo S. Augustini, commendatumque curæ fratrum Augustinensium. Mansitque ita usque ad tempora Papæ Nicolai V, tunc, Deo volente, impellentemque ita animos hominum, templum S. Augustini longe ante desolatum magna ex parte per Guillelmum de Estouteville, cardinalem Rothomagensem, Religionis Augustinianæ protectorem, erigi coepit; atque ibi per Mattheum Vegium, Domini Eugenii Papæ datarium nobilissimum, mausoleum, mira arte et ingenio elaboratum, magnoque sumptu, et labore comparatum, quale etiam Roma caeteris suis praeclaris ornamentis merito anteposuerit, fabricatum est. Ubi demum defuncto Nicolao V succedenteque Callisto III, in principio eius pontificatus, rursus beatissimæ Monicæ corpus IV nonas Maii, quæ est dies natalis eius, magno debitoque cum onore translatum est. Cui non modo libenter annuit Pontifex, sed insuper septem annorum, totidemque quadragenarum indulgentiam diebus natalium matris Monicæ, et filii Augustini perpetuo aëvo daturam concessit, ut omni ex parte dignus tam præstanti tamque foeminae honor exhiberetur.

LOCI SIMILES

I. AUREAE ET ARGENTEAEE AETATIS

Apud Ostia Tyberina	Cf. Cic. De Rep. II, 3, 18.
ex hac vita migravit	Cic. Fin. I, 19, 62.
sancti patriae ejus ritus	Cic. Leg. II, 9, 21; II, 16, 40.
locorumque malitia	Pall. I, 6.
honor et gloria	Cic. Tusc. I, 2, 4; Part. XXIV, 87.
facilius commodiusque	Liv. XXII, 2, 2.
frustrati omni spe	Liv. II, 15, 5.
Quin age, ergo	Ael. Donatus, Commentum
Quin omitte me	Terentii, Phorm. III, 2.

Romae, cum esset utique totius
mundi summum culmen
omniumque nationum do-
mitrix acerrima.

Liv. I, 16: Roma caput orbis
terrarum. Vid. et Prud.
Contra Symmachum II,
662: (Roma) ... caput orbis;
CIL VI, 29849: Roma,
caput mundi.

Cum interim fama tantae rei
totamque urbem implere
coepit.

Liv. I, 16

confluxerit omnis sexus, omnis-
que aetatis hominum
multitudo.

Liv. XXI, 8, 2; XXII, 7, 11.

II. SACRAE SCRIPTURAE ET LATINITATIS CHRISTIANAE

... quosdam a demoniis libera-
tos.

Math. 9, 18: 20-21; Math. 9, 18:
32-34; Math. 10, 8; 12:
22-30; 8, 28-34; 8, 14-17.
Marc. I, 32-34; 7, 24-30; 9, 14-29.
Luc. 4, 41-37; 8, 26-39; 11, 14-23;
17, 11-19.

nonnullos a lepra mundatos.

Mat. 8, 1-4; Marc. I, 40-45; Luc.
5, 12-16.

alios variis languoribus sana-
tos.

Marc. I, 32-34; Luc. 4, 40.

dies natalis.

Paulin. de Nola, Carm. XXI,
171.

III. MEDII AEVI

Summum Ecclesiae sanctae S. Remigius, apud Jacobum de
culmen, haeticorumque Voragine, *Legenda Aurea*
domitorem acerrimum s.v. *Augustinus*.
Augustinum.

J. CLOSA FARRÉS

BIBLIOGRAFIA

- I. G. A. Consonni, *Un Umanista agiografo, Maffeo Vegio da Lodi* (Ravenna, 1909); F. X. Eggersdorfer, 'Maffeo Veggio', en *Lexikon für Theologie und Kirche* (Freiburg im Breisgau, Herder, vol. X, 1938) col. 518-519; A. Gambaro, 'Maffeo Veggio', en *Enciclopedia Italiana di Scienze, Lettere ed Arti* (Roma, Istituto della Enciclopedia Italiana, 1950).
- II. A. Cox Brinton, *Mapheus Vegius and his Thirteenth Book of the Aeneid* (California University Press, 1930); W. S. Maguinness, 'Maffeo Veggio continuatore dell'Eneide', en *Aevum*, 42 (1968) 478-485; G. E. Duckworth, 'Mapheus Veggius and Vergil's Aeneid. A metrical comparison', en *Classical Philology*, 64 (1969) 1-6; J. Closa Farrés, 'Vergilius, Poeta Latinus: Virgili en els Humanistes Hispànics', en *Bimillennari de Virgili* (Universitat de Barcelona, Sociedad Española de Estudios Clásicos, 1983) 153-161.
- III. Abbé Bougaud, *Histoire de Sainte Monique* (París, 1866, 1875, 7ª ed., 1914, 14 ed.).
- IV. *Mattheus Veggius Translationis S. Monicae* (Romae, Typis Francisci de Ciquinis, 1459).
- V. Ferdinand Gregorovius, *Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter vom V bis zum XVI Jahrhundert* (Stuttgart, Gotta, 1886); S. J. Engelbert Kirschbaum, *Las Tumbas de los Apóstoles. Confrontación arqueológica en los fundamentos de la Cristiandad* (Barcelona, Argos, 1959); Arthur L. Frothingham, *The Monuments of Christian Rome from Constantine to the Renaissance* (New York, Macmillan, 1908).